



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Sectio secunda. Secundum testimonium contra Iudæos ex Daniel. 9.
Animaduerte

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

Auricio-
prie.Reg. 7.
6. 18.
Nota hac
dum.

Ioseph.

Numer. 1.
67.

Iudic. 1.

Paralip. 2.

placiter verius existimo, nomine Iudæ intelligenda esse specialia tribum, & intentionem Iacob fuisse, prædicere ex illa non defuturos principes aut duces populi Iudaici. Sed recordari oportet tempore Roboam gentem illam in duo regna fuisse diuisam, scilicet regnum Iudæ, & regnum Israel. Regnum autem Israel, quod decem tribubus constabat, plusquam quingentis annis ante aduentum Christi, ita fuisse vastatum à Salmanasar rege Assyriorum, ut nulla illius mentio ulterius haberetur, ut constat 4. Regum 7. & 18. unde fit solum regnum Iudæ permanisse vsque ad Christum. Quod quidem fere solum gentem ex tribu Iudæ complectebatur. Dicitur enim 4. Regum 12. solum tribum Iudæ securam esse domum David: Quia quamuis tribus etiam Benjamin infecta fuerit tribus Roboam, tamen non fuit integra sicut tribus Iudæ, vel fere non habetur ratio eius propter dignitatem & excellentiam tribus Iudæ. Unde in loco citato loco ex 3. Regum. inter alia sic dicitur: *Uratuq; est Dominus Israeli, & absulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iudæ tantummodo.* Unde notat Ioseph. lib. 11. antiquita. Iudæorum appellationem, tunc primum intelligenti, & regioni fuisse inditam, quando ex Babylonia captiuitate tempore Neemiæ reuersa est, propter hanc sortasse causam, quod sola tribus Iudæ illam regionem colere censebatur. Ex quo fit, fere idem esse mansisse sceptrum vel ducem in tribu Iudæ, & in populo Iudæ, quandoquidem totus ille populus fere ad solum illam tribum redactus est. Unde vix aut nullo modo fieri potuit, ut populus ille potestatem re regendi aut iudicandi retinuerit, quin vel omnino, vel magna ex parte ad tribum Iudæ pertineret.

Addere vero ad maiorem explicationem oportet, nomine sceptri & ducis, vel non esse intelligendam dignitatem & potestatem regalem proprie & perfecte sumptam, vel certe non solum illam, sed quamcunque primariam, & principalem potestatem iudicandi vel regendi populum: ita tamen, ut si vtramque significari dicamus, alteram nomine sceptri, alteram nomine ducis, non sit necesse intelligere tribum Iudæ habituram fuisse vtramque dignitatem vsque ad Christum, seu, quod idem est, neutra fuisse carituram: sed sensus erit, non fuisse carituram vtramque simul, atque adeo alteram saltem semper fuisse habituram, & hoc modo facile intelligimus dignitatem hanc & à principio fuisse in tribu Iudæ, & vsque ad Christum in ea perseverasse. Post aduentum autem eius omnino ab hac dignitate cecidisse. Prius enim quasi in honore habebatur, quia germen vitæ suis in lumbis continebat, postquam vero illud protulit, & illo frui, vel nesciuit, vel noluit merito sua dignitate priuata est. Quod ita ut dictum est, enenisse, & ex Scriptura sacra, & ex euentibus ipsis facile declaratur. Ut enim omittam tempus illud, quo post hanc prædictionem Iacob populus Iudæorum in Aegypto permanfit, de quo neque in Scriptura sacra, neque in prophana historia aliquid scriptum reperio, statim ac populus discessit ab Aegypto, cepit illa tribus cæteris anteferri. Numerorum enim 2. & 7. prima acies ad orientem tribui Iudæ cum copiis suis tribuitur. & cap. 9. prima omnium castra mouebat, & quasi agmen ducebat. Deinde numero 7. conuenientibus principibus tribuum ad offerenda munera, prius offert Naafon princeps Iudæ. Iudicum etiam 1. iussu Dei suprema potestas ad hanc tribum delata est post Iosue mortem. Et quodcumque genealogia tribuum referuntur, semper prima refertur Iudæ posteritas. 1. Paralipome. 2. & sepe alias. Unde etiam facile credibile fit, in illo Concilio septuaginta virorum primarios iudices fuisse de tribu Iudæ, quod præsertim, ac necessario dicendum est de eo tempore, quo regnum Iudæorum fere ad tribum Iudæ redactum est. Unde

fit hanc saltem dignitatem, vsque ad Christi aduentum in ea perseverasse. Accedit, præter hanc dignitatem à temporibus David habuisse supremam, ac regiam potestatem: quæ licet non perfecte in ea durauerit vsque ad Christum, quod necessarium non est, ut dixi, ad veritatem huius Prophetiæ, non fuit tamen penitus illa priuata: tum quia semper tribus illa ut regalis & præcipue honorata est: tum etiam, quia licet aliquando hæc potestas ad sacerdotes deriuata fuerit, hoc factum est, ut Theophan. supra dixit, quatenus tribus Leuitica per matrimoniorum coniunctionem vna cum illa effecta est ab illa particeps facta est regalis splendoris & nobilitatis. Hoc ergo modo principatus Iudæorum in tribu Iudæ vsque ad Christum continuatus est, in Christi autem aduentu omnino cessauit non solum quia Rex alienigena Herodes, tunc regnare cepit in populo Iudaico: & quia Concilium Sanhedrin, sua potestate priuatum est, & ab altero Herode, cuius tempore mortuus est Christus, penitus extinctum: sed etiam quia paulo post in euerfione & captiuitate Ierusalem à Romanis facta, totus ille populus fere deletus est, & distinctio tribuum ita confusa, ut nulla dignitas, aut prærogatiua tribus Iudæ eerni autungi posset. Omnino ergo vanum & ineptum est adhuc ex illa tribu Messiam expectare.

Non prætermittam autem aduertere, nonnullos Iudæos hoc testimonio conuictos, Messiam venisse falsos esse: illum tamen fuisse Herodem falso fuisse mentitos, ut notant Hierony. contra Luciferian. Tertul. de præscription. c. 45. Epiphani. hæref. 20. qui aperte eos conuincit, quia neq; Herodes fuit de tribu Iudæ, neque in eum conueniunt alia, quæ tam in hoc, quam in alijs locis scripturæ de Messia dicuntur. Denique tempore etiam Vespasiani nonnulli tentarunt Prophetias de Christo datas, ad illum accommodare: in quem errorem inclinavit Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico. cap. 12. confundens cum vero Messia ducem illum, quem ad euerendum sanctuarium, & ciuitatem venturum esse, Daniel. c. 9. prædixerat. Tradunt enim historiæ, hunc Vespasianum Christi regnum affectasse, ideoq; pacis templi erexisse, & per Magicas artes apparentia quædam prodigia effecisse, ut quæ de Christo scripta erant, in illo completa esse posset existimari. Sed nō est quod in hoc etiam explodendo errore immeremur, ex eisdem enim principiis facile refellitur: quia Vespasianus nec Iudæus fuit, neq; vllō modo ex tribu Iudæ, aut familia David, quin potius, ut Euseb. refert lib. 3. cap. 11. omnes posteros David, magna diligentia conquisitos, interficiendos curauit, ut cætera omittam, quæ in istum conuenire non posse manifestum est.

SECTIO II.

Secundum testimonium contra Iudæos, Ex Daniel.

9. Animaduerte, &c.

Secundum testimonium, sicut clarissimum, ita & vulgatissimum ad conuincendos Iudæos est, quod ex Daniel. 9. sumitur, ubi ortus Messie post septuaginta hebdomadas futurus prædicatur his verbis. *Animaderte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomada abbreviata sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam: ut consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia: & vngatur Sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte, ab exitu sermonis, ut iterum adificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum adificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomadas sexaginta duas occiderit Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus, cum dux venturo, & finis eius*

A 4

passitas

Dignitas
tribus Iudæ

Theophan.

Hierony.
Tertul.
Epiphani.Daniel 9.
Vespasiani
temeritas
Christi reg-
num affe-
ctantis.
Eusebius

Euseb.

vastitas, & post finem belli statuta desolatio, confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomada deficiet Hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseverabis desolatio. Hactenus Gabriel ad Danielelem. In quo testimonio primum omnium statuendum est prædici aduentum Messie post illas septuaginta hebdomadas, quod posteriores Hebræi pertinaciter negant, quia hoc admissio vitare non possent huius testimonij vim. Vtuntur vero ista cōiectura, quia Daniel tunc non postulabat à Domino Messie aduentum, sed solum liberationem sui populi ab illa captiuitate. Quæ cōiectura leuissima est: primum, quia vtrumque explicent prophetiam hanc vitare non possunt, quin multa contineat ad libertatem illius populi nihil pertinentia, vt ex falsis etiam eorum interpretationibus constat, quas referre omitto, quia per se futiles sunt: & in glossa ordinaria tractantur fusc, ac plane refelluntur. Deinde sepe Deus, quæ illius liberalitas est, plus homini concedit quam ipse petat, quamque desideret, atque Danielelem ipsum verisimile est, non tantum temporalem populi libertatem, sed multo magis spirituales futuram per Messiam desiderasse. Quod satis indicauit Angelus, dicens: Ego veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Denique verba illa tam clara sunt & perspicua, vt cōiecturis minime indigeant, qualia in primis sunt illa, *Vi consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum &c.* vsque ad illud, *Et vngatur sanctus sanctorum.* Quæ, neque ad promissiones mere temporales & externas, nec ad aliquem purum hominem accommodari possunt. In Christum vero cadunt omnia mirifice: nam & Sanctus sanctorum est, & vnctus oleo lætitiæ præ participibus suis. Psalm. 44. Vt enim bene notauit Euseb. lib. 8. de demonstrat. cap. 2. quamuis in Scriptura sacra multi nominentur sancti, nullus tamen homo purus Sanctus sanctorum dictus est; Christus vero cum per se sanctus sit, non ex accidenti, sed sanctificatus substantia ipsa & essentia sanctitatis, cumque sit principium sanctificationis totius, merito Sanctus sanctorum dicitur: vt illa reduplicatio, iuxta proprietatem Hebræicæ linguæ, supremam dignitatem, & excellentiam indicet: quemadmodum cum dicitur Rex Regum, & Dominus dominantium. Et eadem de causa verbum illud: *Et adducatur iustitia sempiterna*, Vni Christo potest conuenire, vel quia ipse est nostra iustitia, sanctificatio, & redemptio, vel quia veram iustitiam nobis attulit, & quod in ipso est peccatum deleuit, dum ex perfecta iustitia pro illo satisfecit. Quæ omnia præfuisse Christum euidenter ostendi non possunt, sed credenda sunt: tum propter ipsius facta, atque prædicationem, tum propter alia multa Scripturæ sacræ testimonia, id efficaciter comprobantia, tum denique quia euidenter est, de nullo alio similia credi, aut affirmari posse. Sed quod in eadem prophetia Angelus addit, *Vi impleatur*, seu signetur, *Visio Prophetiæ*: post Christum impletum esse cōspertum est, vt recte Chrysostomus oratione 2. contra Iudæos, & Tertull. lib. contra eosdem c. 8. notant. Ante Christum enim frequentes, & quasi ordinariæ erant prophetiæ & reuelationes, cum nondum venisset Messias, quem cunctæ visiones prophetarum intuebantur: ac vero post Christum verum Messiam, & antiquæ prophetiæ impletæ sunt, & nouæ cessauerunt: vnde etiam in Euangelio dicitur, *Lex, & propheta vsque ad Ioannem.* Addit præterea Angelus, *Ab exitu sermonis, vsque ad Christum ducem, &c.* Vbi etiam Christi nomen expressit, Iudæi vero nomine Christi Cyrum intelligunt, qui Isai. 44. & 45. Christus appellatur. Sed, vt alia omittam, hoc stare non potest, quia Christus dicitur futurus post sexaginta nouem hebdomadas, Cyrus autem iam diu præcesserat: & eodem modo

facile refelluntur alia subrepticia vana, & sine fundamento. Miror autem Euseb. quod nomen Christi hoc loco de Hircano, seu de successione Pontificum Iudæorum, vsque ad ipsum Hircanum, quam per sexaginta nouem hebdomadas durasse existimauit, interpretari ausus sit: primum omnino voluntarie, & contra vim verborum; quia *Christus dux*, quali per antonomasiam de Messia dicitur, iuxta illud Isai. 55. *Dedit in lucem gentibus ducem, ac præceptorem populum.* Et Mich. 5. *Ex te enim exiit dux:* & in Hebræo, *Micha 5.* ubi nos habemus, *Vsque ad Christum ducem*, est vox significans, vsque ad Christum principalem, quæ est singularis appellatio veri Messie. Deinde, præcedentia verba non alium sensum patiuntur, & idem de sequentibus statim ostendemus, vt omittam rationem, & computationem temporum manifeste illi expositioni repugnare: vt ex sequentibus constabit. Vnde, quod deinceps addit Angelus: *Et post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus*, multo magis de vero Christo intelligendum est, quod enim Iudæi consingunt hunc Christum fuisse Herodem Agrippam, qui temporibus Titii in secūdi templi destructione occisus est, & falsum est, quia hic Herodes non fuit tunc à Romanis occisus, vt constat ex Iosepho libro 2. de bello Iudaico, cap. 16. & Ioseph. licet esset verum, tamen Christi appellatio non posset illi accommodari, qui nec gratia, nec oleo vnctus fuit, nec alia quæ continentur in illa prophetia, eodem conuenire villo modo possunt. Quin etiam Theodoretus grauiter hoc loco lapsus est, qui hunc Christum occisum, Hircanum fuisse interpretatur, cum tamen Christum ducem fateatur esse Messiam: nam in primis hæc varietas, & multiplex eiusdem vocis significatio, in eodem contextu voluntarie, & sine fundamento consingitur. Deinde gratis plane existimatur, mortem Hircani hoc loco ab Angelo prædictam esse, quod nec postulent antecedentia verba, neque subsequencia. Imo cum nec illius mors aliquam utilitatem hominibus attulerit, non ita multo ante prædicenda videbatur. Adde, ad computationem temporum, seu hebdomadarum, eam expositionem vtilem nullatenus esse, vt ex inferius dicendis constabit satis. Denique mortem veri Messie ibi prædici constat ex toto contextu, per eam enim mortem iniquitas deleta est, & sempiterna iustitia consummata, in ea Iudæorum populus Dominum suum negauit, ob idque facinus tam atrox, poenas restituenda, vt eodem testimonio prophetatum est.

Demonstrauimus testimonium hoc de Messie aduentu necessario intelligendum esse: superest, vt septuaginta hebdomadas transactas iam esse probemus: hinc enim euidenter constabit tempus aduentui Messie ab Angelo definitum, iam præterisse, atque adeo, vel prophetiam falsam esse (quod Iudæi non concedunt) vel certe (quod vnum intendimus) Messiam aduentum esse. Sed vt hoc constet, indagemus prius hebdomadæ significatum. In qua re fere omnes Hebræi, antiquiores præcipue, nobiscum consentiunt, has hebdomadas esse quidem annorum, vt septem annos vnaquæque complectatur, certum est enim dierum hebdomadas esse non posse, quæ spatio breuissimo diffunderet, præter has autem vulgares hebdomadas inuenimus in Scriptura hebdomadas simplicium annorum, vt Genes. 29. Iacob dicitur impleuisse hebdomadam pro Rachel, & hebdomada transacta, illam suscepisse. Et Leuit. 25. Numerabis tibi septem hebdomadas annorum: quin addo hebdomadas mensium, vel hebdomadarum, nec inueniri vnquam in Scriptura, nec illi loco posse accommodari, quia tempore breuissimo conficerentur, nec denique possunt vltra simplices annos extendi, vt videlicet vna hebdomada septem denarios

Euseb.

Chrysostomus,
Tertullianus.Nomen
Christi, non
Cyri aut
Hircani
intelligitur.
Isai 44. &
45.

Euseb. lib. 1.

Isai. 55.

Micha 5.

Theodoretus
error.Hebdomada
nomine quid
sit intelligen-
dum.

Galatin.
Origenes.

Origen.

Eubemada
quibus an
ni constant.Qui annis
lunari vel lu
nari.

Prima opinio.

Ambrosius.
Basilii.

Rupert.

Iul. Afric.
Hieron.
Rupert.
Albert.
Beda.
Caribuf.Quidam sola
rius annis

denarios, vel centenarios annorum comprehendat, id quod Hebræorum quidam quos Galatin. refert, dicere tentant, quorum errori non parum consentit Origenes tractatu 29. in Matth. ubi vnamquamque hebdomadam facit annorum septuaginta, proculdubio falso: primum quia talis modus hebdomadz in Scriptura non legitur, & voluntarie confictus est. Deinde, quia si hæc licentia conceditur, nihil certi continere potest hæc prophetia: poterit enim unusquisque arbitrio suo facere hebdomadas septingentorum, vel septem millium annorum, ut cuiusvis non possit eas esse completas. Denique, quia ex eisdem verbis Angeli omnino constat, tempus illarum hebdomadarum iam esse transactum, utpote, cum hostia defecerit, & sacrificium Iudæorum, eorum denique ciuitas, & sanctuarium vastata sint: quod transactis hebdomadis, vel earum finem fore prænunciatur. Vnde Origenes ut finem hebdomadarum inueniret, earum initium ab ipsa creatione mundi desumpsit, exera rem profecto, & contra ipsiusmet verba prophetiaz, ut videbimus, neque adhuc quod intendit, assequitur: cum ab ipsa creatione mundi usque ad destructionem Ierusalem sub Tito factam, non fluxerint vltra quatuor mille sexaginta anni, adhuc ergo deerant plusquam octingenti: ut impleantur eius hebdomadz. Sit ergo certum has hebdomadas septennales esse.

Magna vero contentione inter Catholicos autores disputatur, quales debeant intelligi illi anni, ex quibus hebdomadz constare dicuntur, & quamquam diuersis in nationibus, pro diuersitate etiam temporum, multiplex, & varius fuerit anni vsus: hic tamen solum est quæstio, & opinio non dissensio, an illi fuerint anni lunares, an solares: quia certum est in Scriptura sacra, atque Hebræorum vsu, non fuisse nisi annum solarem, vel lunarem: constat autem Angelum huius prophetiaz nuncium, cum ad Hebræum hominem, de rebus ad Hebræos ipsos pertinentibus, loquebatur, sic annos accepisse, ut ab illismet communiter accipiebantur. Dissert autem hoc inter hos annos, quod solaris constat trecentis sexaginta quinque diebus cum quadrante: lunaris vero solum trecentis quinquaginta quatuor. Multis ergo visum est, hunc annum lunarem communem apud Hebræos, atque adeo Gabrielem de illo fuisse locutum. Cuius sententia videtur fuisse Ambrosii lib. 4. hexameron. ca. 4. in fine. & Basilii homil. 6. hexamer. prope finem, ubi etiam antiquos Græcos huiusmodi anno vsos fuisse affirmat. Idem de Hebræis docet Rupert. lib. 1. de Trinit. cap. 45. ubi annum lunarem dicit esse naturalem, solarem vero artificialem: quia in hoc mensis ad placitum diuisi sunt. in illo vero, iuxta naturalem, & integrum circulum lunæ distinguuntur. Sed pari, vel maiori fortasse ratione dicere potuisset lunarem annum esse artificialem, quia nullo naturali motu cæli perficitur, sed solum ad placitum duodecim mensibus constat; solaris vero dicitur naturalis: quia vnus astris naturali conuersione, & integro motu mensuratur. De annis præterea lunaribus explicuit has hebdomadas Iulius Africanus. ut Hieron. super Daniele refert, quem ibi secuti sunt Rupert. lib. 1. cap. 15. Albert. Caribuf. & alij expostores, & Beda libro de ratione temporum, cap. 7. & lib. 3. in Esdras cap. 16.

Sed in primis dubitari non potest, quin Hebræi & veram solaris anni durationem cognouerint, & illo ad chronographias, & annorum rationes computandas vsi fuerint; primum, quia quotiescunque Scriptura numerat annos, v.g. Adam vixisse tot annis, Hebræos fuisse in Aegypto quadringentis triginta annis, vel in captiuitate Babylonica septuaginta, line vlla controuersia de annis solaribus intelligenda est. Alioquin omnis annorum computatio, quæ in Scriptura est, dubie constaret. Præterea certum est,

Græcos & Romanos annis solaribus fuisse vsos, Græcos autem veram anni solaris mensuram didicisse ab Aegyptiis, refert Strabo libro 17. suæ Geographiæ, atque Aegyptios eandem anni mensuram habuisse, refert Herodotus lib. 2. suæ histor. prope ab initio: & credibile est eam anni durationem recepisse ab Hebræis, à quibus Astrologiæ, & astrorum observationes acceperunt, teste Iosepho libro 1. antiquitatum cap. 16. & Eusebio libro 9. de præparat. ca. 4. Vnde Picus Mirandulanus lib. 11. in Astrolog. cap. 9. Antiquissimos Hebræorum dicit diuifisse annum in trecentos sexaginta quinque dies, & quartam alterius diei partem. Ad hæc, nisi Hebræi vterentur annis solaribus non possent suos dies festos, præsertim Pascha, statutis temporibus celebrare. Verbi gratia decimaquarta luna post AEquinoctium vernale: nam si tantum haberent rationem anni lunaris, cum ille sit plusquam vndecim diebus minor solari, oportuisset singulis subsequenter annis per totidem dies celebritatem Paschæ anteuertere. Vnde necessario aliquando fieret, ut vel non celebrarent Pascha decimaquarta luna, post æquinoctium vernale, vel certe non in mense primo Nisan, sed in quolibet alio. Et pari ratione non potuissent apud Hebræos 4. anni tempora mensibus euenire, sed essent in continua mutatione, sicut ipse annus: semper enim initium anni per illos vndecim dies anteuertere illa tempora, quæ in solari anno immobilia sunt: consequens autem est falsum, semper enim Martius erat apud illos primus mensium, & rationem reddit Philo libro 3. de vita Moyfis, quia in eo incipiunt fructus maturefcere. Quos circa licet verum sit, ad celebranda nonnulla festa mobilia, obseruasse Hebræos lunares annos, semper tamen illis curæ fuit, reuocare & corrigere lunarem annum per solarem intercalando tertio, & interdum secundo quoque anno mensem vnum, atque in vnicuique anno tredecim menses concludendo, ut hoc modo numerus annorum lunarium, numero annorum solarium responderet: ut docent Basilii & Rupertus locis supra citatis, & ita ad mensurandas ætates, Regnorum durationes, ac denique ad omnes descriptiones temporum, lunari anno sic correcto, vel quod perinde est, anno solari pro mensura utebantur. Quapropter verisimilius videtur, Gabrielem Angelum de huiusmodi annis, & de hebdomadibus ex eis compositis fuisse locutum: ut Eusebius libro 8. de demonst. capite 2. & Chrysostomus oratione 2. contra Iudæos, & alij antiqui expostores interpretati sunt, quos secutus est Lyra Daniel. 9. Driedo libro 3. de dogmatibus sacre Scripturæ cap. 5. p. 4. Ioann. Lucidus libro 7. de emendatione temporum. Galat. libro 4. capite 14. Genebrardus libro 2. chronograph. circa finem.

At enim dicit aliquis, esto verum sit Hebræos numerum annorum lunarium ad numerum solarium reuocare solitos dicta intercalatione, potuit tamen Angelus, ut prophetiam, & quasi ænigmaticum sermonem magis occultaret, illam intercalationem occulto præterire: quod quidem fecisse, & de breuioribus annis, & quasi concisus se loqui insinuas videtur illo verbo, *septuaginta hebdomada abbreviata sunt*, ut autores prioris sententia ponderarunt. Sed in primis dictio illa, *Abbreviata sunt*, nihil ut existimo, fauet huic sententia, non enim indicatur illo verbo annos, ex quibus constant illæ hebdomadz futuros fuisse breuiiores, sed solum diuturnam & longissimam Messia expectationem ad breue illud tempus septuaginta hebdomadarum reducendum, erat enim per breue tempus illud cum superiori comparatum, imo etiam in familiari sermone quando tempus ad aliquam actionem præscriptum finitur, iamiam dicere solemus dies abbreviari, non quod minores fiant, sed quod pauci supersint: quomodo Marci

Strabo.
Hero doIoseph.
Pic. Mirand.

Philo.

Basil.
Rupert.Euseb.
Chrysost.
Driedo.
Ioan. Lucid.
Galat.
Genebrard.

Marc 13.

Marc 13. dicitur: *Nisi abbreviasset Dominus dies illos, &c.* Adde vocem Hebraicam ibi respondentem, tantum significare septuaginta hebdomadas fuisse prædictas, seu denitas. In aliis enim prophetiis, aduentus Messie indefinite prædicebatur, hic verò limitatur, & definitur tempus: & hoc significatum est illo verbo, ut fere omnes expostores intelligunt.

Orosius.

Irenæus.

Nihilominus non nego, potuisse Angelum hac obsequitate vti & numerare hebdomadas ex annis lunariis constatas, & ad quandam brevitatem redactas, prætermittendo additione embolismi, aut anni intercalaris: certe si nulla alia ratione hebdomada istæ explicari possent, hoc vero modo possent accommodari, haud timerem illas ita accipere, quamquam Hieron. Orosius lib. i. de vera sapientia dicat, nimis licenter, & inconsiderate hoc fecisse Iulium Africanum. Sed excessit in ea censura, cum grauisimi viri eam sententiam secuti sint, nec desit illis probabilis coniectura, & aliquot in Scriptura fundamenta, maxime cum sepe effectus explicet prophetiam, quæ antea per se satis intelligi non poterat, ut Irenæus dixit lib. 4. contra hæreses cap. 43. Si tamen hebdomada illa explicari possent, accommodate de annis solaribus, hoc esset sine dubio verosimilius existimandum est enim hæc plana & visitata significatio vocis illius, annus in Scriptura sacra. Nec facile credendum est, Angelum æquiuoce fuisse illa vocem, præsertim cum hoc non habeat sufficiens fundamentum, nec in verbis eius, nec in Hebræorum consuetudine. Propter quod hæc est communior intelligentia tam Hebræorum, quam Græcorum, & Latinorum.

Hieronimus.

Eusebius.

Ex his quæ dicta sunt, euidenter concluditur, transactam iam esse septuaginta illas hebdomadas, atque adeo venisse Messiam. Superest, quomodo earum tempus in aduentu Christi completum sit, unde ipsarum initium sit accipiendum, breuiter aperiamus. Denique quis fuerit earundem terminus. Vnde constabit, quomodo illi tempori accommodanda sit illa prophetia. Vbi primo statuendum est, illas hebdomadas septuaginta debere intelligi omnes æquales, & eiusdem rationis, & continua quadam successione fluentes. Hoc enim omnino necessarium est, ut tempus illud sit certum, & præfixum, vel significatum est illo verbo, *Abbreviata, seu concisa sunt.* Quod etiam, ut prophetia certa sit, certusque eius effectus omnino requiritur, quo vno fundamento excluduntur plane multæ expositiones Origen. Hippol. Euseb. & aliorum, quos hic Hieronymus refert; errant enim dicentes, septuagesimam hebdomadam non esse continuam præcedentibus, sed sexaginta, vel septuaginta annis illis posteriorem: atque Euseb. cum alias hebdomadas septennes faciat, hanc fecit septuagenariam, sed utrunque refellitur facile ex dictis. Primum quidem, quia voluntarie, & sine fundamento confectum est, qua licentia disingendi vnam hebdomadam ab aliis, si vtiliceret, pari ratione posset quis dicere septem primas hebdomadas multum distare à sexaginta duabus sequentibus, imo suo arbitrio augere distantiam vnus ab aliis, & Iudæi dicerent illam septuagesimam hebdomadam nondum aduenisse, quæ omnia euidenter sunt contra certitudinem huius prophetiæ, atque verborum vim. Perinde enim fuit Angelum dicere intra septuaginta hebdomadas hoc eueniet, ac dicere intra quadringentos nonaginta annos, sed in rigore sermonis, qui hoc modo numerat annos, intelligit talem numerum annorum coherentium, idem ergo fuit sensus Angeli illo modo loquentis. Secundum vero eisdem rationibus refellitur, scilicet, quia hebdomada septuagenaria nullum fundamentum habet in Scriptura, & voluntarie confecta est, & talis interpretatio ambiguum reddit prophetiam: quia vnusquisque suo arbitrio poterit augere vnam, vel

plures hebdomadas, ut pro sua voluntate illas accommodet. Denique incredibile est, eandem vocem æquiuoce sumi in eodem testimonio. Sit ergo certum, has hebdomadas debere sumi æquales, & continue decurrentes.

Secundo, ad assignandum principium & finem harum hebdomadarum, duo seruanda sunt. Primum enim oportet ut tale initium, vel finis fundamentum habeat in verbis Angeli: deinde ut chronologia ratio, ac temporum habeatur. De initio igitur hebdomadarum, dixit Angelus sumendum esse ab exitu sermonis, ut ædificetur Ierusalem. Vnde excluditur error Hebræorum, qui à destructione templi initium sumpserunt: Angelus enim non à destructione, sed à reedificatione dixit: ipsi vero literam peruertunt, legentes non *ab exitu*, sed *de exitu sermonis*, ut illo verbo, non significetur initium hebdomadarum, sed materia, seu obiectum illius reuelationis. Atqui hoc in primis est contra vim verbi, & contra contextum, licet enim habetur: *Ab exitu sermonis*, vsque ad Christum, & c. verbum enim illud, vsque ad Christum, aperte significat terminum & finem: ergo per aliam particulam, *ab exitu*, significatum est initium. Denique quando Angelus nullam mentionem fecisset initij hebdomadarum, voluntarie alium eretur potius à destructione templi, quam aliunde, & ne incerta omnino fieret prophetia, sumendum esset ab eo tempore, quo Angelus loquebatur. Sit ergo certum, sumendum initium esse à tempore designato ab Angelo, per illud verbum, *Ab exitu sermonis*, ut iterum adificetur Ierusalem: quod verbum, sicut varias patitur interpretationes, ita variis initia hebdomadarum assignantur.

Sciendum est enim prædictum fuisse per Ieremiā c. 29. fore, ut post captiuitatem Babylonicam, & destructionem Ierusalem, fieret facultas Iudæis in patriam redeundi, ciuitatemque suam ædificandi, quam promissionem hic etiam Gabriel Angelus confirmat, quæque diuersis temporibus, & sub diuersis Babyloniæ Regibus impleta est, vel omnino quidem, vel ex parte, scilicet, vel sub Cyro, quando primo anno Regni sui, fecit facultatem Iudæis redeundi in patriam, & templum erigendi. 1. Esdræ, vel à tempore Darij Hystaspis, qui anno secundo Regni sui, facultatem fecit Iudæis reedificationem templi intermissam continuandi, Esdræ 6. vel ab Artaxerxe Longimano, qui septimo anno regni sui misit Esdram in Ierusalem cum magnis muneribus, & magna pecunia vi. Est autem verisimile, misisse illum ad reedificandam ciuitatem, vel templum, sicut est verisimile, hoc ipsum Esdram petiisse, dicitur enim Esdræ 7. Regem concessisse illi omnem petitionem. Vel ab eodem Artaxerxe anno 20. Regni sui, quando fecit expressam facultatem Nehemiæ iterum ædificandi Ierusalem, murosque eius instaurandi. Nehemiæ 2.

Ex hac ergo varietate, orta est etiam varietas sententiarum in assignando hebdomadarum initio, alij enim illud sumunt à tempore, quo Ieremias de hac reedificatione prophetauit, ut Lyran. Burg. Gala. alij ab ipso tempore, quo Angelus hæc loquebatur Danieli, ut Origen. quem refert Hieron. & Tertullianus contra Iudæos cap. 8. Alij à primo anno Cyri, ut Clemens Alexandr. Alij à secundo anno Darij Hystaspis, ut Euseb. & Cyrillus Ierosolym. catech. 12. Alij à septimo, alij à 20. anno Artaxerxis. Et hæc vltima est communior sententia Iulij Africani, Theodo. Ru. Euseb. pert. Bed. quos fere omnes posteriores Doctores secuti sunt, & sine dubio si annorum computatio quædrat, illa est magis consentanea literæ: nunquam enim videretur proprie concessa facultas Iudæis iterum ædificandi ciuitatem, ante illum annum Artaxerxis: cum prius solum de templo reedificando facta sit mentio, tam sub Cyro, quam sub Darij. Et Angelus non

Quaratio cognoscendi hebdomadas.

Error Iudæorum refutatur.

Origo diffinitæ in hebdomadis Esdræ 29.

Esdræ 1.

Esdræ 6.

Esdræ 7.

Nehem. 2.

Variæ opinionæ de initio hebdomadarum.

Lyran.

Burg.

Gala.

Origen.

Hieron.

Tertull.

Clem. Alex.

Euseb.

Cyrill. Ierosol.

Iul. Afric.

Theodo.

Rupert.

Beda.

non sit locutus de tempore, quo hoc vel prædictum A
est, vel promissum (alias pari ratione posset inchoari
a tempore, quo prophetauit Isaias cap. 45.) sed de
tempore, quo publicum edictum proferendum e-
rat, seu facultas concedenda edificandi Ierusalem.
Quamquam in hoc etiam varietas sit, ut inferius ar-
tingemus. Ex hæc de initio quantum sumi potest ex
verbis Angeli.

Tertio, finem seu terminum hebdomadarum af-
signavit Angelus illo verbo, *Vsq̃ ad Christum ducem*
hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt,
& post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus. V-
bi Christus significat verum Messiam, ut supra vidi-
mus. Ex quo iuxta planum sensum literæ, colligi vi-
detur, terminum hebdomadarum in ipsa Christi
morte futurum. Nam prius dicit, vsq̃ ad Christum
ducem futuras sexaginta nouæ hebdomadas: quan-
quam non simpliciter, ita ut dictum est, sed diuiden-
do eas per duos numeros, dicens: *Hebdomada septem,*
& hebdomada sexaginta duæ erunt: tamen sensus idem
est, & illa locutio dicitur esse iuxta morem Hebrai-
cum, & more etiam prophetico, est aliquantulum æ-
nigmatica. Deinde vero subiungit, *Et post sexaginta*
duas hebdomadas occidetur Christus; intelligere autem
videtur, post sexaginta duas, septem suppositis, quas
prius numerauit; sensus ergo erit post sexaginta no-
uem hebdomadas in septuagesima esse Christum
occidendum: quia licet non dicat immediate post
sexaginta duas hebdomadas Christum occisum iri:
tamen reuera hic est sensus, scilicet in hebdomada
proxime sequenti id esse futurum, vt ex intentione
prophetiæ satis constat, & ex his quibus ostendimus,
tempus harum hebdomadarum continuum, & sine
interruptione esse sumendum.

Sed quæres, quomodo possint esse sexaginta no-
uem hebdomadæ vsq̃ue ad Christum ducem, per
quod significatur aduentus Christi, eiusque natiui-
tas: & tamen quod mors eius in Septuagesima heb-
domada contingat, vel in dimidio illius, nullo e-
nim modo hoc stare potest, nisi illa vltima hebdo-
mada constet annis septuaginta. Dicendum est ver-
bum illud, *vsq̃ue ad Christum ducem,* non significare
diem incarnationis, vel natiuitatis Christi, sed tem-
pus illud, quo cœpit hominibus manifestari, prædi-
care, docere, quod tempus à Christi baptismo incho-
atum est, in quo testimonium accepit à Patre,
Hic est filius meus dilectus, seu ab eo tempore, quo cœ-
pit publica miracula edere in Cana Galilee, post tres
D
vero annos & tres menses, mortem obire, ut inferi-
us in proprio loco ostendemus ex Euangelio. Hoc
ergo modo veraq̃ illa particula, *vsq̃ue ad Christum du-
cem,* & illa, *post sexaginta duas hebdomadas occidetur Chri-
stus,* intelligitur terminari & compleri in septuage-
sima hebdomada: sed altera in principio eius, altera
in medio, vel vna in medio, & altera in fine. Dupli-
citer enim potest intelligi verbum illud, quod post-
ea subiicit Angelus, scilicet: *Confirmatus autem pã-
ctum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis,*
desicet hostia, & sacrificium: significatum enim est his
verbis, Christum in dimidio hebdomadæ, id est, in
tempore trium, vel quatuor annorum confirmatu-
rum pactum suum, id est nouum testamentum, E
& legem: confirmaturum, inquam, miraculis,
& tandem morte ipsa, per quam sacrificia, & ho-
stia legis veteris erant excludenda. Hæc itaque
dimidia hebdomada dupliciter sumi potest, scilicet:
vel ut sit prima dimidia pars septuagesimæ hebdo-
madis, vel ut intelligatur esse posterior dimidia pars
ita ut vltima hebdomada, in duas dimidias partes
diuidatur, & in posterioribus tribus annis intelligen-
tur futura confirmatio Euangelij, per Christi præ-
dicationem, vsq̃ue ad mortem eius, & iuxta priorem
sensum hebdomadæ terminabantur aliquot annis

post mortem Christi: iuxta posteriorem vero ini-
psa morte Christi: & vterq̃ sensus est facilis & pro-
babilis: & ille erit eligendus, cui ratio temporis me-
dius accommodari poterit.

Solum videtur contra vtrumq̃ posse obijci, quis
simul Angelus prædixit, ciuitatē & sanctuariū dissi-
pandum à populo, cum ducē venturo, &c. quod nō
est impletum vsq̃ ad destructionē Titi, & Vespasia-
ni, quæ quadraginta annis post mortem Christi sub-
secuta fuit, non sunt ergo impletæ hebdomadæ, vsq̃
ad illud tempus, quæ fuit sententia Chrysost. Euseb.
Theodor. & aliorum, & est probabilis expositio: se-
quendo tamen etiam, quam inchoauimus, quæq̃ est
satis consona textui: dicendum est, Gabrielem An-
gelum non affirmasse illud excidium futurum intra
septuaginta hebdomadas. Hoc enim prius compre-
hendisse videtur ab illis verbis, *Septuaginta hebdoma-
des abbreviata sunt,* vsq̃ue ad illud, *Et vngetur Sanctus*
sanctorum: & quoniam per mortem Christi delenda
erat iniquitas, & terminandum testamentum vetus,
& nouum confirmandum: ideo hoc totum explicuit
futurum in septuagesima hebdomada: ad maiorem
vero confirmationem, & testimonium prophetiæ:
attingit etiam supplicium, quod euenturum erat Iu-
dæis, propter peccatum negandi, & occidendi Chri-
stum: non vero dixit illud supplicium futurum in-
tra illas hebdomadas; quin potius cum addidit ver-
bum illud, *Et vsq̃ue ad finem perseverabis desolatio,* indi-
cauit illud supplicium longo post tempore duratu-
rum. Nec refert quod in sermone Angeli, nō omnia
prædicuntur eo ordine, quo postea facta sunt, hic e-
nim modus loquendi communis est apud Prophe-
tas, & ut occultentur mysteria, & nonnulla obscuri-
tas affectetur. E. hæc quidem expositio, si numerus
annorū, & chronologia temporum, illi potest accō-
modari, est per se satis expedita, & textui accommo-
data. Alia vero quæ hunc terminum hebdomadarū
protrahit vsq̃ ad destructionem Iudæorum per Ti-
tum, reiicienda omnino non est: nam si computatio
annorum aliter accommodari non posset, illa via nō
esset difficilis, ut videlicet omnia hæc scilicet Christi
aduentus, prædicatio, & mors, & supplicium Iudæo-
rum destructio templo, & ciuitate, dicatur euentura
intra septuaginta hebdomadas, vel inclusiue, vel sal-
tem exclusiue, ita scilicet ut in fine, vel saltem in ini-
tio septuagesimæ hebdomadæ hæc omnia essent cō-
summanda, hoc tamē modo & ordine, ut post sexa-
ginta duas hebdomadas solas, ac præcisas, ita enim
exponendum est in hac sententia, Christus esset oc-
cidendus, scilicet in sexagesima tertia in medio vel in
fine illius iuxta diuersas expositiones supra positas:
& deinde in alijs septem hebdomadibus, seu in fine
earum, venturus esset dux cum exercitu, ciuitatem
& sanctuariū vastaturus, &c. ut ab eo tempore pro-
fus hostia & sacrificium desideraretur, nimirum &
illorum dissipato loco, & tempore, quo ipsa licebant
iam inde finito, quippe cum iam nō mortua solum,
sed mortifera essent futura. Et hæc expositio est sine
dubio aliquantulum diutiuscula, non tamen ut dixi
omnino reiicienda, si ad computationem annorum
vui esse posset: de quo iam breuiter verbum vnum
subijciendum est.

Quarto igitur, ut tantam rei difficultatem aperia-
mus, nec enim valebimus satis expedire, aduertē-
dum est, has septuaginta hebdomadas sine vlla con-
trouerfia fuisse inchoatas durante Perfarū sceptro,
continuas vero toto tempore monarchiæ Græco-
rum, finitas tandem initio fere imperij Romano-
rum. Et hæc de vltima monarchia constat à princi-
pio eius, vsq̃ ad Christi baptismum, quinquaginta
nouem annos interiectos, quadraginta quatuor im-
perij Augusti, quindecim Tiberij, quo anno teste
Luca Christus est baptizatus, De imperio autē Græ-
corum

Chrysost.
Eusebius.
Theodor.

Monarchia
Romanorū.

*Monarchia
Græcorum.*

Euseb.

Beda.

Ioan. Annii.

Euseb.

*Monarchia
Persarum.*

*Esdra.
Ioseph.*

Corum, quod ab Alexandro, vel proxime post Alexandrum incepit, communior sententia est durasse trecentis duobus vel tribus annis sub illis comprehendendo sex vel nouem annos, quibus Alexander vixit post comparatam monarchiam. Ita sumitur ex Euseb. in Chron. Beda lib. de sex ætatibus, & aliis antiquis, quamuis à Ioanne Annio, & posterioribus, qui illum sequuntur, longe aliter anni illius imperij numerentur. Sed illa historia Ioannis Annij ex falsis autoribus conficta est, & nullam iam habet auctoritatem. Vnum vero est, quod hanc sententiam difficilem & suspectam reddit, supponunt enim qui tot annos monarchiæ Græcorum tribuunt à principio eius vsque ad Hircanum, seu Ioannem Simonis filium Iudeorum Pontificem, pertransisse annos plusquam centum nonaginta quatuor, vt constat ex Euseb. in Chronic. vbi mortem Alexandri Magni notat in initio Olympiadis centesimæ decimæ quartæ, Pontificatum autem Hircani in fine Olympiadis centesimæ sexagesimæ secundæ: At vero constat ex i. lib. Mach. cap. vi. à primo anno imperij Græcorum vsque ad Hircanum tantum fuisse centum septuaginta septem annos, cui scripturæ maior fides habenda est, quam omnibus Olympiadibus. Est ergo in eis notandus hic error, nam fere viginti annos addunt hoc loco imperio Græcorum, quod alio etiam modo ita declaratur. Nam iuxta Eusebium ab Hircano vsq; ad initium monarchiæ Augusti vix fluxerunt viginti quinque Olympiades, quæ vix efficiunt centum annos, qui additi supra centum septuaginta septem efficiunt ducentos septuaginta septem. Ergo ad summum monarchia Græcorum tot annis durauit, & non pluribus: imo si exacte computentur initia, & fines Olympiadum inuenientur pauciores. Demonarchia denique Persarum quantum durauerit, incertissima res est: nam ex Scriptura sacra nihil habemus certi, & inter autores tanta est dissensio, vt alij minus quam centum annos, alij quinquaginta supra ducentos illi tribuant. Inter quæ duo extrema, alij centum octoginta, vel centum nonaginta, alij ducentos annos, & quindecim illi tribuunt. Iuxta Olympiades autem Euseb. durauit plus minusve ducentis triginta: nam cepit tempore Cyri, cuius imperij initium assignatur anno primo, Olympiadis quinquagesimæ quintæ, & finita est sub Dario in fine Olympiadis centesimæ duodecimæ, quæ tamen assignatio supponit Cyrum post Babyloniam captam triginta annis regnauisse, quod à multis non sine causa in dubium renocatur. Nam, licet Cyrus triginta annis regnauerit, verisimile tamen est non omnes illos regnasse post captam Babyloniam. Atque adeo primum annum monarchiæ eius, de quo fit mentio Esdræ i. non fuisse primum regni eius, vt probabiliter etiam sumitur ex cap. 4. Esdræ, & ex Ioseph. lib. ii. antiquitatum cap. 2. & 3. quod si hoc ita est, destruitur fundamentum illius computationis, & omnis assignatio Olympiadum, quæ per Eusebium fit, præsertim in historia Persarum, suspecta redditur. Vnde facile colligere licet in tanta historiarum incertitudine, quam sit difficile veram septuaginta hebdomadarum, & annorum, ex quibus constant, computationem, illarum denique principium, & finem inuenire. Quod facilius intelligitur notando breuiter quatuor vel quinque dicendi modos, qui verisimiliores censentur, multis aliis prætermis-

Quidam igitur initium hebdomadarum sumunt à primo anno Cyri, à quo primum exiit sermo de templo Ierosolymitano reedificando, sub quo intelligunt etiam ciuitatem esse comprehensam: quia nō erat templum futurum desertum, nec quinquaginta millia hominum, qui ad illud ædificandum redibant, permanere poterant sine commoda habitatione: Finem vero hebdomadarum faciunt in morte Christi Domini, vel paulo post illam, iuxta quam

sententiam necessario dicendum est, regnum Persarum tantum durasse centum quinquaginta annos paulo plus minuse. Nam si illis addamus ducentos octoginta annos imperij Græcorum, & Romanorum sexaginta, redduntur quater centum & nonaginta. Hæc tamen opinio incertissima est, quia nullus autor illum numerum annorum tribuit imperio Persarum.

Alij cum Eusebio initium sumunt ab anno sectu-
do Darij Histaspis, à quo, iuxta multorum etiam sententiam, non fluxerunt ultra centum quinquaginta tres anni, vsque ad Alexandrum, à quo vsque ad Hircanum sumuntur ex i. lib. Machabæor. c. vi. centum septuaginta septem anni: ab Hircano autem vsq; ad Christi mortem fluxerunt iuxta Euseb. quadraginta Olympiades, nam Hircani Pontificatus cepit Olympiade centesima sexagesima secunda: Christus vero in fine Olympiadis ducentesimæ secundæ mortuus est: fluxerunt ergo ab Hircano vsque ad mortem Christi centum sexaginta anni, qui omnes efficiunt dictos quadringentos nonaginta. Et hæc computatio videtur habere probabile fundamentum, quia partim in Scriptura, partim in receptis, & probatis historiis fundatur, & textus Scripturæ facile accommodari potest: quia credibile est etiam tunc datam esse facultatem ædificandi ciuitatem, vt dictum est in priori sententia. Et hanc sententiam inter recentiores sequuntur Driedo lib. 3. de dogm. c. 5. p. 4. & Cornel. Ianfenius in c. 122. concord. Quæ quidem, quod in omnibus stare non possit cum computationibus Euseb. reicienda non est. Solum potest obflare, vel quod ad summum initium hebdomadarum à tempore Darij non videtur haberi in Scriptura sufficiens fundamentum: vel quod in computatione annorum vitur variis opinionibus & chronologiis, aliquam partem temporis computando per Olympiades, aliquam vero iuxta opinionem Ioan. Annij Ioann. Lucid. & aliorum, quod & voluntarie, & non satis constanter fieri videtur.

Ahorum igitur opinio est, sumendum esse initium hebdomadarum à vigesimo anno Artaxerxis Longimani, terminandas vero esse in morte Christi, vel paulo post, quæ fuit sententia Iulij Africani, quem Beda, & alij postea secuti sunt. Et cum verbis Scripturæ quadrat optime hæc sententia, sed in computatione annorum difficultates patitur. Nam etiam si numerentur tres monarchiæ supradictæ iuxta maximum numerum annorum, qui illis tribui solent, non inueniuntur quadringenti nonaginta anni à vigesimo anno Longimani, vsque ad mortem Christi, sed ad summum quadringenti octoginta: nam centum, & quindecim numerantur in monarchia Persarum, ab illo anno Artaxerxis vsque ad Alexandrum, & trecenti ab Alexandro ad monarchiam Augusti: & sexaginta quinque à principio monarchiæ Romanorum vsque ad mortem Christi. Et ideo dicti autores faciunt hos annos lunares, vt dictum defectu suppleant: quod quidem per se difficultatem habet, & non est admodum Scripturæ consentaneum, vt supra visum est. Tamen aliunde occurrit mihi difficultas in hac sententia, quam ab autoribus illius omnino prætermisam video, eam tamen expedire non valeo, quia vt iam attigi propter expressum locum i. Machab. ultimo, cogimur minuere illud imperium Græcorum viginti annis, vel circa. Ergo non sunt ab illo Artaxerxis anno, vsq; ad Christi mortem ultra quater centum & sexaginta anni, qui non expleant sexaginta octo hebdomadas ex annis lunari-
bus confectas.

Alij igitur, vt hanc expediant difficultatem antequam hoc initium vsque ad septimum annum eiusdem Artaxerxis, quādo misit Esdras in Ierusalem, cum magnis muneribus, & magna pecunie vi, vt dicitur i. Esdræ. 7. Sed hoc nec sufficiens fundamentum habet in Scriptura: quia tunc nullus exiit sermo de ædifi-

ædificanda Ierusalem : nec satisfaciit difficultati ta-
ta, & vt facile erit vnicuique perspicere minuius an-
nos computanda. Alij denique propter hanc diffi-
cultatem inchoando hebdomadas ab eodem Ar-
taxerxe, illarum finem differunt vsque ad Titum,
& Vespasianum, & vt melius quadret annorum nu-
merus, dicunt non esse necessarium sumere initium
ab ipso vicesimo anno Artaxerxis, quando primo
exijt sermo de ædificanda ciuitate Ierusalem, sed alio
tempore, quo perfecta fuit ædificatio, tunc enim
dicitur etiam proprie sermo aliquis habere exitum,
quando opere completus est: ille autem annus fuit
trigesimus, vel trigessimus secundus eiusdem Ar-
taxerxis, vt fuit iuxta ex Neemie. 13. Quam sententiam
videtur multum infirmare Chryfost. oratione. 2.
contra Iudeos, quæ ita potest breuiter ex dictis ex-
plicari iuxta Olympiades Eusebij adiuncto citato
loco ex 1. lib. Machabæo. nam iuxta Eusebium à tri-
gesimo secundo anno Artaxerxis Longimani, vsque
ad Alexandrum fluxerunt centum tres anni. Alex-
ander vero regnauit sex aut nouem annis, qui mo-
narchiz Græcorum initium dedit, à quo ita intelli-
gendo citatum locum ex 1. Machabæo. vsque ad
Hircanum fuerunt centum septuaginta septem an-
ni: deinde ab Hircano vsque ad finem ducentessimæ
secundæ Olympiadis, in qua passus est Christus, fu-
erunt centum sexaginta anni, qui omnes efficiunt
quadringentos quadraginta annos, ex quibus sexa-
ginta tres hebdomadæ consuecuntur. Et ita iuxta
hanc computationem mors Christi accidit in he-
bdomada sexagesima tertia. Ita enim explicari potest
verbum illud, & post sexaginta duas hebdomadas
occidetur Christus. Deinde vero transactis alijs sex
hebdomadibus, id est, post quadraginta duos annos
dissipatum est sanctuarium, & ciuitas desolata ab
exercitu, & duce Romano, & ita in initio septuages-
simæ hebdomadæ completa est tota prophetia, vt
hac etiam ratione possint dici abbreviatæ septua-
ginta hebdomadæ. Quæ explicatio non est impro-
babilis, quanquam suis difficultatibus non caret,
non enim facile accomodatur textui, & vix ciuitas
potest, quin vna rediret hebdomada. Vtque tam
enim sit, in re tam difficili satis fuerit dubitasse,
nam quod ad nostram fidem attineret satis exploratū
est tempus hebdomadarum effluxisse, atque adeo
Danielis prophetiam impletam esse, quāquam pro-
phetia humanæ historiæ incertitudinem, initium, & fi-
nem earum exactè explicare non possumus.

vt statim dicemus. Respondetur ergo. Christum Dominum merito potuisse à Propheta vocari cunctis gentibus desideratum, etiam ante primum aduentum: vel quia semper inter gentes fuerunt aliqui qui Christi fidem, spem, & desiderium habuerunt. Vel certe, quia quauis gentes, quæ Christum ignorabant, non desiderarent illum appetitu elicitu, tamen maxime indigebant aduentu eius: & id eo maxime illis erat desiderabilis: & quod huiusmodi est solet etiam desideratum appellari, velut ipso pondere naturæ. Nam sicut terra arida dicitur desiderare pluuiam, ita arida corda Gentilium possunt dici desiderasse Redemptorem. Vnde etiamque, quod mihi maxime probatur, Prophetæ ad indicandam certitudinem, solent futura, vt præterita dicere. Quia ergo Christus amandus, & desiderandus erat à gentibus, idem illum vocat Aggæus desideratum cunctis gentibus, alludens ad id Gen. 49. *Ei ipse erit expectatio gentium.*

Non nihil vero obscuritatis intulit translatio septuaginta interpretum, qui non verenter, *Veniet desiderium cunctarum gentibus*: sed, *venient electa omnium gentium*. Vnde Hebræi exponunt solum ibi prædicti multos Gentilium venturos fuisse ad videndum templum illud, & offerendum Deo optima, & pretiosa dona. Sed in primis rei euencus probauit hoc esse falsum: nullæ enim gentes templum illud adierunt causa pietatis, vt illud admirarentur, seu venerarentur: sed potius ad spoliandum & depeccandum illud. Hoc enim sæpius fecisse legitur donec illud funditus euersum est. Solum Magnum Alexandrum in eo legimus hostias immolasse. Sed vt bene Augustin. 18. de ciuitate, cap. 45. non vera pietate, sed impia vanitate id fecit, Deum Israel cum suis alijs falsis colendum putans. Neque in eum locum veni honoris causa, sed vt ciuitatem subiugaret: quia vero non sunt auri ei resistere, ideo placatum facillime subditi receperunt. Deinde Hebræica veritas habet vt nostra vulgata, *Veniet desiderium cunctarum gentium*: & alij legunt, in plurali, *venient*, & in singulari, *desiderum*, quo dicunt significari esse vnitatem personæ Christi, cum pluralitate naturarum: sicut & contrariò cum Genes. 1. dicitur, *creauit Elohim*: significatur trinitas personarum in vnitatem naturæ. Lectio vero septuaginta interpretum, facile eundem sensum reddere potest, siue ipsæmet Christi dicatur *electa*, seu *desiderabilia* omnium gentium: quia omnia bona illis attulit: siue gentes ipsæ venturæ dicantur ad Christum: ita vt aduentus Messie in suo effectu, scilicet, conuersione gentium, prædictus sit. Denique etiam antiquos Hebræos locum hunc de aduentu Messie intellexisse, testis est Galat. lib. 4. cap. 9.

Hoc ergo posito, quod promissio hoc loco facta iam fit impleta, colligitur in primis mulci ex verbo illo: *adhuc vnum modicum est*: quod enim iam fuit transacta duo millia annorum postquam Aggæus ista prædixit, nisi impleta essent, modicum tempus dici non posset. Sed argumentum hoc videri potest minus efficax, tum quia prophetico more etiam longissimum tempus dici solet in sacra Scriptura modicum, scilicet, ad æternitatem comparatum, E Sicut enim Paul. ad Hebr. 10. totum tempus vsque ad diem Iudicii futurum, modicum vocatur. Et Petrus 2. canonica. c. 3. mille annos dicit, apud Deum esse sicut diem vnum. Tum etiam, quia Paul. ad Hebr. 12. hunc locum tractans non legit: *adhuc modicum*, sed, *adhuc semel*, & in ea voce, *adhuc semel*, vim sui argumenti constituit, ex ea colligens legem gratiæ esse postremam, Mosaicâ illa pereunte. Eandem lectionem habent septuaginta interpretes. Et vox Hebræa vtramque permittit: Prophetæq; ipse vtrumque fortasse significare voluit, scilicet, & semel, & cito, id, quod prædixit fuisse futurum. Quocir-

Varia leRo
loci Aggai.

Auguſt.

Paulus.

Petrus.

Paulus.

10

SECTIO III.

Tertium testimonium. Ex Aggæi 2.

Adhuc unum modicum, &c.

TERTIUM testimonium ad hanc veritatem confirmandam sumitur ex verbis Aggei 2. *Hec dicit Dominus exercituum. Adhuc vnum modicum est, & ego commovebo celum, & terram, & mare, & aridam. Et movebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria. Dicit Dominus exercituum, meus est aurum, meus est argentum, dicit Dominus exercituum: magna erit gloria domus istius novissime, plusquam prima, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem. In quo testimonio primum omnium statuendum est, sermonem esse, & promissionem de adventu Messie, qui merito dicitur desideratus cunctis gentibus, vtpote cunctis ipse salus & redemptio liberalissime futurus. Dices, potius dicendus esset desideratus cunctis Iudeis. Gentes enim, quibus non affluerat fidei lumen, quo pacto possent illum desiderare? Propter quod August. 18. de Ciuit. cap. 35. dicit hanc particulam huius prophetie non esse implendam, vsq; ad secundum aduentum Christi. Sed non quadrat expositio, cum tota prophetia, nisi de primo adventu intelligatur,*

Fr. Suarez. Tom. 1.

Fr. Suarez. Tom. 1.

R

cali.